

The Georgics (Latin)

GEORGICA

Virgil

tr. Latin text, ed. Greenough

Plato Scroll · plato-scroll.netlify.app

Liber I

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terramvertere,
Maecenas, ulmisque adiungere vitisconveniat, quae cura
boum, qui cultus habendos it pecori, apibus quanta experientia
parcis, hinc canere incipiam. Vos, o clarissima mundi lumina,
labentem caelo quae ducitis annum, Liber et alma Ceres,
vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit
arista, poculaque inventis Acheloi miscuit uvis; et vos,
agrestum praesentia numina, Fauni, ferte simul Faunisque
pedem Dryadesque puellae: Munera vestra cano. Tuque o, cui
prima frementem fudit equum magno tellus percussa
tridenti, Neptune; et cultor nemorum, cui pinguis Caeeter
centum nivei tondent dumeta iuveni; ipse nemus linquens
patrium saltusque Lycae, Pan, ovium custos, tua si tibi
Maenala curae, adsis, o Tegeae, favens, oleaeque
Minervae inventrix, uncusque puer monstrator aratri, et teneram
ab radice ferens, Silvane, cupressum, dique deaeque omnes,
studium quibus arva tueri, quique novas alitis non ullo semine
fruges, quique satis largum caelo demittitis imbrem; tuque
adeo, quem mox quae sint habitura deorum concilia, incertum
est, urbisne invisere, Caesar, terrarumque velis curam et te
maximus orbis auctorem frugum tempestatumque
potentem accipiat, cingens materna tempora myrto, an deus
inmensi venias maris ac tua nautaenumina sola colant, tibi
serviat ultima Thule teque sibi generum Tethys emat omnibus
undis, anne novum tardis sidus te mensibus addas, qua locus
Erigonen inter Chelasque sequentis panditur — ipse tibi iam
brachia contrahit ardens Scorpius et caeli iusta plus parte
reliquit — -quidquid eris, — -nam te nec sperant Tartara
regem nec tibi regnandi veniat tam dira cupido, quamvis
Elysios miretur Graecia campos nec repetita sequi curet
Proserpina matrem — -da facilem cursum atque audacibus
adnue coeptis ignarosque viae mecum miseratus
agrestis ingredere et votis iam nunc adsuesce vocari.

Vere novo, gelidus canis cum montibus humorliquitur et Zephyro putris se glaeba resolvit,depresso incipiat iam tum mihi taurus aratroingemere et sulco attritus splendere vomer.Illa seges demum votis respondet avariagricolae, bis quae solem, bis frigora sensit;illius immensae ruperunt horrea messes.At prius ignotum ferro quam scindimus aequor,ventos et varium caeli praediscere moremcura sit ac patrios cultusque habitusque locorumet quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.Hic segetes, illic veniunt felicius uvae,arborei fetus alibi, atque iniussa virescuntgramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,at Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontuscastorea, Eliadum palmas Epiros equarum.Continuo has leges aeternaque foedera certisinposuit natura locis, quo tempore primumDeucalion vacuum lapides iactavit in orbem,unde homines nati, durum genus. Ergo age, terraepingue solum primis extemplo a mensibus annifortes invertant tauri glaebasque iacentispulverulenta coquat maturis solibus aestas;at si non fuerit tellus fecunda, sub ipsumArcturum tenui sat erit suspendere sulco:illic, officiant laetis ne frugibus herbae,hic, sterilem exiguus ne deserat humor harenam.

Alternis idem tonsas cessare novaliset segnem patiére situ durescere campum;aut ibi flava seres mutato sidere farra,unde prius laetum siliqua quassante legumenaut tenuis fetus viciae tristisque lupinisustuleris fragilis calamos silvamque sonantem.Urit enim lini campum seges, urit avenae,urunt Lethaeo perfusa papavera somno:sed tamen alternis facilis labor, arida tantumne saturare fimo pingui pudeat sola neveeffetos cinerem inmundum iactare per agros.Sic quoque mutatis requiescunt fetibus arva;nec nulla interea est inaratae gratia terrae.Saepe etiam sterilis incendere profuit agrosatque levem stipulam crepitantibus urere flammis:sive inde occultas viris et pabula terraepingua

concipiunt, sive illis omne per ignem excoquitur vitium atque exsudat inutilis humor, seu pluris calor ille vias et caeca relaxat spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas, seu durat magis et venas adstringit hiantis, ne tenues pluviae rapide potentia solis acrior aut Boreae penetrabile frigus adurat. Multum adeo, rastris glaebas qui frangit inertis vimineasque trahit cratis, iuvat arva, neque illum flava Ceres alto nequiquam spectat Olympo; et qui, proscisso quae suscitatur aequore terga, rursus in obliquum verso perumpit aratro, exercetque frequens tellurem atque imperat arvis. Humida solstitia atque hiemes orate serenas, agricolae; hiberno laetissima pulvere farra, laetus ager: nullo tantum se Mysia cultui iactat et ipsa suas mirantur Gargara messis. Quid dicam, iacto qui semine comminus arvum insequitur cumulosque ruit male pinguis harenae, inde satis fluvium inducit rivosque sequentis, et, cum exustus ager morientibus aestuat herbis, ecce supercilio clivosi tramitis unda melicit. illa cadens raucum per levia murmura saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. Quid qui, ne gravidis procumbat culmus aristis, luxuriam segetum tenera depascit in herba, cum primum sulcos aequant sata. quique paludis collectum humorem bibula deducit harena. Praesertim incertis si mensibus amnis abundans exit et obducto late tenet omnia limo, unde cavae tepido sudant humore lacunae.

Nec tamen, haec cum sint hominumque bouumque labores versando terram experti, nihil inprobus anser Strymoniaeque grues et amaris intibus fibris officiant aut umbra nocet. Pater ipse colendi haud facilem esse viam voluit, primusque per artem movit agros curis acuens mortalia corda, nec torpere gravi passus sua regna veterno. Ante Iovem nulli subigebant arva coloni; ne signare quidem aut partiri limite campum fas erat: in medium quaerebant ipsaeque tellus omnia liberius nullo poscente ferebat. Ille malum virus serpentibus addidit, atris praedarique lupos iussit, pontumque

moveri,mellaque decussit foliis ignemque removitet passim
rivis currentia vina repressit,ut varias usus meditando
extunderet artispaulatim et sulcis frumenti quaereret
herbam.[Ut silicis venis abstrusum excuderet ignem.]Tunc
alnos primum fluvii sensere cavatas;navita tum stellis
numeros et nomina fecit,Pleiadas, Hyadas, claramque
Lycaonis Arcton;tum laqueis captare feras et fallere
viscoinventum et magnos canibus circumdare saltus;atque
alius latum funda iam verberat amnemalta petens, pelagoque
alius trahit humida lina;tum ferri rigor atque argutae lamina
serrae, — -nam primi cuneis scindebant fissile lignumtum
variae venere artes. Labor omnia vicitinprobus et duris
urgens in rebus egestas.Prima Ceres ferro mortalis vertere
terraminstituit, cum iam glandes atque arbuta
sacraedeficerent silvae et victum Dodona negaret.Mox et
frumentis labor additus, ut mala culmosesset robigo
segnisque horreret in arviscarduus; intereunt segetes, subit
aspera silva,lappaeque tribolique, interque nitentia
cultainfelix lolium et steriles dominantur avenae.Quod nisi et
adsiduis herbam insectabere rastris,et sonitu terrebis aves, et
ruris opacifalce premes umbras votisque vocaveris
imbrem,heu magnum alterius frustra spectabis
acervum,concussaque famem in silvis solabere quercu.

Dicendum et, quae sint duris agrestibus arma,quis sine nec
potuere seri nec surgere messes:vomis et inflexi primum
grave robur aratritardaque Eleusinae matris volventia
plaustratribulaque traheaeque et iniquo pondere rastrum;virgea
praeterea Celei vilisque supellex,arbutae crates et mystica
vannus Iacchi.Omnia quae multo ante memor provisa
repones,si te digna manet divini gloria ruris.Continuo in silvis
magna vi flexa domaturin burim et curvi formam accipit
ulmus aratri.Huic a stirpe pedes temo protentus in octo,binae
aures, duplici aptantur dentalia dorsocaeditur et tilia ante
iugo levis altaque fagus,stivaque, quae currus a tergo

torqueat imos,et suspensa focus explorat robora fumus.

Possum multa tibi veterum praecepta referre,ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.Area cum primis ingenti aequanda cylindroet vertenda manu et creta solidanda tenaci,ne subeant herbae neu pulvere victa fatiscat,tum variae inludant pestes: saepe exiguus mussub terris posuitque domos atque horrea fecit,aut oculis capti fodere cubilia talpae,inventusque cavis bufo et quae plurima terraemonstra ferunt, populatque ingentem farris acervumcurculio atque inopi metuens formica senectae.Contemplator item, cum se nux plurima silvisinluet in florem et ramos curvabit olentis.Si superant fetus, pariter frumenta sequenturmagnaque cum magno veniet tritura calore;at si luxuria foliorum exuberat umbra,nequiquam pinguis palea teret area culmos.Semina vidi equidem multos medicare serentiset nitro prius et nigra perfundere amurca,grandior ut fetus siliquis fallacibus esset,et, quamvis igni exiguo, properata maderent.Vidi lecta diu et multo spectata laboredegenerare tamen, ni vis humana quot annismaxima quaeque manu legeret. Sic omnia fatisin peius ruere ac retro sublapsa referri,non aliter, quam qui adverso vix flumine lembumremigiis subigit, si brachia forte remisit,atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobisHaedorumque dies servandi et lucidus Anguis,quam quibus in patriam ventosa per aequora vectispontus et ostriferi fauces temptantur Abydi.Libra die somnique pares ubi fecerit horaset medium luci atque umbris iam dividit orbem,exercete, viri, tauros, serite hordea campisusque sub extremum brumae intractabilis imbrem;nec non et lini segetem et Cereale papavertempus humo tegere et iamdudum incumbere aratris,dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.Vere fabis satio; tum te quoque, Medica, putresaccipiunt sulci et milio venit annua cura,candidus auratis aperit cum cornibus

annumTaurus et averso cedens Canis occidit astro.At si
triticeam in messem robustaque farraexercebis humum
solisque instabis aristis,ante tibi Eoae Atlantides
abscondanturGnosiaque ardentis decedat stella
Coronae,debita quam sulcis committas semina
quamqueinvitae properes anni spem credere terrae.Multi
ante occasum Maiaae coepere; sed illosexspectata seges vanis
elusit avenis.Si vero viciamque seres vilemque phaselumnec
Pelusiacaecuram aspernabere lentis,haud obscura cadens
mittet tibi signa Bootes:incipere et ad medias sementem
extende pruinas.

Idcirco certis dimensum partibus orbemper duodena regit
mundi Sol aureus astra.Quinque tenent caelum zonae;
quarum una coruscosemper sole rubens et torrida semper ab
igni;quam circum extremae dextra laeva
trahunturcaeruleae, glacie concretae atque imbribus atris;has
inter mediamque duae mortalibus aegrismunere concessae
divom, et via secta per ambas,obliquus qua se signorum
verteret ordo.Mundus, ut ad Scythiam Rhipaeasque arduus
arcesconsurgit, premitur Libyae devexus in austros.Hic vertex
nobis semper sublimis; at illumsub pedibus Styx atra videt
Manesque profundi.Maximus hic flexu sinuoso elabitur
Anguiscircum perque duas in morem fluminis Arctos,Arctos
Oceani metuentis aequore tingui.Illic, ut perhibent, aut
intempesta silet nox,semper et obtenta densentur nocte
tenebrae,aut redit a nobis Aurora diemque reducit;nosque ubi
primus equis Oriens adflavit anhelis,illic, sera rubens accendit
lumina Vesper.Hinc tempestates dubio praediscere
caelopossumus, hinc messisque diem tempusque serendi,et
quando infidum remis inpellere marmorconveniat, quando
armatas deducere classis,aut tempestivam silvis evertere
pinum.

Nec frustra signorum obitus speculamur et
ortus,temporibusque parem diversis quattuor annum.Frigidus
agricolam si quando continet imber,multa, forent quae mox
caelo properanda sereno,maturare datur: durum procudit
aratorvomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres,aut pecori
signum aut numeros inpressit acervis.Exacuunt alii vallos
furcasque bicornisatque Amerina parant lentae retinacula
viti.Nunc facilis rubea texatur fiscina virga,nunc torrete igni
fruges, nunc frangite saxo.Quippe etiam festis quaedam
exercere diebusfas et iura sinunt; rivos deducere nullareligio
vetuit, segeti praetendere saepem,insidias avibus moliri,
incendere vepres,balantumque gregem fluvio mersare
salubri.Saepe oleo tardi costas agitator asellivilibus aut
onerat pomis, lapidemque revertensincusum aut atrae
massam picis urbe reportat.

Ipsa dies alios alio dedit ordine Lunafelicis operum. Quintam
fuge: pallidus OrcusEumenidesque satae; tum partu Terra
nefandoCoeumque Iapetumque creat saevumque Typhoeaet
coniuratos caelum rescindere fratres.Ter sunt conati inponere
Pelio Ossamscilicet, atque Ossae frondosum involvere
Olympum;ter pater exstructos disiecit fulmine montis.Septima
post decimam felix et ponere vitemet prensos domitare boves
et licia telaeaddere: nona fugae melior, contraria furtis.

Multa adeo gelida melius se nocte dedere,aut cum sole novo
terras inrorat Eous.Nocte leves melius stipulae, nocte arida
pratatondentur, noctes lentus non deficit humor.Et quidam
seros hiberni ad luminis ignispervigilat ferroque faces
inspicat acuto;interea longum cantu solata laboremarguto
coniunx percurrit pectine telas,aut dulcis musti Volcano
decoquit humoremfoliis undam trepidi despumat aeni.At
rubicunda Ceres medio succiditur aestuet medio tostas aestu
terit area fruges.Nudus ara, sere nudus; hiems ignava
colono.Frigoribus parto agricolae plerumque

fruunturmutuaque inter se laeti convivia curant.Invitat genialis hiems curasque resolvit,ceu pressae cum iam portum tetigere carinae,puppiibus et laeti nautae inposuere coronas.Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempuset lauri bacas oleamque cruentaque myrta,tum gruibus pedicas et retia ponere cervisauritosque sequi lepores, tum figere dammas,stuppea torquentem Balearis verbera fundae,cum nix alta iacet, glaciem cum flumina trudent.

Quid tempestates autumnii et sidera dicam,atque, ubi iam breviorque dies et mollior aestas,quae vigilanda viris. vel cum ruit imbriferum ver,spicea iam campis cum messis inhorruit et cumfrumenta in viridi stipula lactentia turgent.Saepe ego, cum flavis messorum induceret arvisagricola et fragili iam stringeret hordea culmo,omnia ventorum concurrere proelia vidi,quae gravidam late segetem ab radicibus imissublimem expulsam eruerent; ita turbine nigroferret hiems culmumque levem stipulasque volantis.Saepe etiam inmensum caelo venit agmen aquarumet foedam glomerant tempestatem imbribus atriscollectae ex alto nubes; ruit arduus aetheret pluvia ingenti sata laeta boumque laboresdiluit; inplentur fossae et cava flumina crescuntcum sonitu fervetque fretis spirantibus aequor.Ipse pater media nimborum in nocte coruscafulmina molitur dextra; quo maxuma motuterra tremit; fugere ferae et mortalia cordaper gentis humilis stravit pavor; ille flagrantiaut Athon aut Rhodopen aut alta Ceraunia telodeicit; ingeminant austri et densissimus imber;nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.Hoc metuens caeli menses et sidera serva,frigida Saturni sese quo stella receptet,quos ignis caelo Cyllenius erret in orbis.In primis venerare deos atque annua magnaesacra refer Cereri laetis operatus in herbisextremae sub casum hiemis, iam vere sereno.Tum pingues agni et tum mollissima vina,tum somni dulces densaeque in montibus umbrae.Cuncta tibi Cererem pubes

agrestis adoret;cui tu lacte favos et miti dilue Baccho,terque
novas circum felix eat hostia fruges,omnis quam chorus et
socii comitentur ovantes,et Cererem clamore vocent in tecta;
neque antefalcem maturis quisquam supponat aristis,quam
Cereris torta redimitus tempora quercudet motus incompósitos
et carmina dicat.

Atque haec ut certis possemus discere signis,aestusque
pluviasque et agentis frigora ventos,ipse Pater statuit, quid
menstrua Luna moneret,quo signo caderent austri, quid saepe
videntesagricolae propius stabulis armenta tenerent.Continuo
ventis surgentibus aut freta pontiincipiunt agitata tumescere
et aridus altismontibus audiri fragor aut resonantia
longelitora misceri et nemorum increbrescere murmur.Iam
sibi tum a curvis male temperat unda carinis,cum medio
celeres revolant ex aequore mergiclamoremque ferunt ad
litora, cumque marinaein sicco ludunt fulicae notasque
paludesdeserit atque altam supra volat ardea nubem.Saepe
etiam stellas vento inpendente videbispraecipitis caelo labi
noctisque per umbramflammarum longos a tergo albescere
tractus;saepe levem paleam et frondes volitare caducasaut
summa nantis in aqua colludere plumas.At Boreae de parte
trucis cum fulminat et cumEurique Zephyrique tonat domus:
omnia plenistrura natant fossis atque omnis navita
pontohumida vela legit. Numquam imprudentibus imberobfuit:
aut illum surgentem vallibus imisaeriae fugere grues, aut
bucula caelumsuspiciens patulis captavit naribus auras,aut
arguta lacus circumvolitavit hirundoet veterem in limo ranae
cecinerere querelam.Saepius et tectis penetralibus extulit
ovaangustum formica terens iter et bibit ingensarcus et e
pastu decedens agmine magnocorvorum increpuit densis
exercitus alis.Iam variae pelagi volucres et quae Asia
circumdulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,certatim
largos umeris infundere rores:nunc caput obiectare fretis,
nunc currere in undaset studio incassum videas gestire

lavandi. Tum cornix plena pluviam vocat inproba voce et sola in
sicca secum spatatur harena. Ne nocturna quidem carpentes
pensa puella enescivere hiemem, testa cum ardente
viderent scintillare oleum et putris concreescere fungos.

Nec minus ex imbri soles et aperta serenam prospicere et certis
poteris cognoscere signis: nam neque tum stellis acies obtusa
videtur, nec fratris radiis obnoxia surgere Luna, tenuia nec
lanae per caelum vellera ferri; non tepidum ad solem pinnae in
litore pandunt dilectae Thetidi alcyones, non ore
solutos in mundi meminere sues iactare manipulos. At nebulae
magis ima petunt campoque recumbunt, solis et occasum
servans de culmine summone quiquam seros exercet noctua
cantus. Adparet liquido sublimis in aere Nisus et pro purpureo
poenas dat Scylla capillo: quacumque illa levem fugiens secat
aethera pinnis, ecce inimicus, atrox, magno stridore per
auras insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras, illa levem
fugiens raptim secat aethera pinnis. Tum liquidas corvi presso
ter gutture voces aut quater ingeminant, et saepe cubilibus
altis nescio qua praeter solitum dulcedine laeti inter se in foliis
strepitant; iuvat imbris actis progeniem parvam dulcisque
revisere nidos; haud equidem credo, quia sit divinitus
illius ingenium aut rerum fato prudentia maior; verum ubi
tempestas et caeli mobilis humor mutare vias et Iuppiter
avidus austris denset, erant quae rara modo, et, quae densa,
relaxat, vertuntur species animorum et pectora motus nunc
alios, alios, dum nubila ventus agebat, concipiunt: hinc ille
avium concentus in agris et laetae pecudes et ovantes gutture
corvi.

Si vero solem ad rapidum lunasque sequentis ordine respicies,
numquam te crastina falle hora neque insidiis noctis capiere
serenae. Luna, revertentis cum primum colligit ignis, si nigrum
obscurum conprenderit aera cornu, maximus agricolis
pelagoque parabitur imber; at si virgineum suffuderit ore

ruborem, ventus erit; vento semper rubet aurea Phoebe. Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor, pura neque obtusis per caelum cornibus ibit, totus et ille dies et qui nascentur ab illo exactum ad mensem pluvia ventisque carebunt, vota quoque servati solvent in litore nautae Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae. Sol quoque et exoriens et cum se condet in unda signa dabit; solem certissima signa sequuntur, et quae mane refert et quae surgentibus astris. Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum conditus in nubem medioque refugerit orbe, suspecti tibi sint imbres; namque urget ab alto arboribusque satisque Notus pecorique sinister. Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese diversi rumpent radii aut ubi pallida surget Tithoni croceum linquens Aurora cubile, heu male tum mitis defendet pampinus uvas: tam multa in tectis crepitans salit horrida grando. Hoc etiam, emenso cum iam decedit Olympo, profuerit meminisse magis; nam saepe videmus ipsius in voltu varios errare colores: caeruleus pluviam denuntiat, igneus Euros; sin maculae incipient rutilo inmiscerier igni, omnia tum pariter vento nimisque videbis fervere. Non illa quisquam me nocte per altum ire, neque a terra moneat convellere funem. At si, cum referetque diem condetque relatum, lucidus orbis erit, frustra terrebere nimis et claro silvas cernes Aquilone moveri. Denique quid vesper serus vehat, unde serenas ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster, sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsa mudeat. Ille etiam caecos instare tumultus saepe monet fraudemque et operta tumescere bella. Ille etiam extincto miseratus Caesare Romam, cum caput obscura nitidum ferrugine texti in piaque aeternam timuerunt saecula noctem. Tempore quamquam illo tellus quoque et aequora ponti obscaeque canes inportunaeque volucres signa dabant. Quotiens Cyclopum effervere in agros vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnae flammarumque globos liquefactaque volvere

saxa!Armorum sonitum toto Germania caeloaudiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.Vox quoque per lucos volgo exaudita silentisingens et simulacra modis pallentia mirisvisa sub obscurum noctis, pecudesque locutae,infandum! sistunt amnes terraeque dehiscuntet maestum inlacrimat templis ebur aeraque sudant.Proluit insano contorquens vertice silvasfluviorum rex Eridanus camposque per omniscum stabulis armenta tulit. Nec tempore eodemtristibus aut extis fibrae adparere minacesaut puteis manare cruor cessavit et altaeper noctem resonare lupis ululantibus urbes.Non alias caelo ceciderunt plura serenofulgura nec diri totiens arsere cometae.ergo inter sese paribus concurrere telisRomanas acies iterum videre Philippi;nec fuit indignum superis, bis sanguine nostroEmathiam et latos Haemi pinguescere campos.Scilicet et tempus veniet, cum finibus illisagricola incurvo terram molitus aratroexesa inveniet scabra robigine pilaaut gravibus rastris galeas pulsabit inanisgrandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.Di patrii, Indigetes, et romule Vestaque mater,quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclone prohibete! Satis iam pridem sanguine nostroLaomedonteae luimus periuria Troiae;iam pridem nobis caeli te regia, Caesar,invidet atque hominum queritur curare triumphos;quippe ubi fas versum atque nefas: tot bella per orbem,tam multae scelerum facies; non ullus aratrodignus honos, squalent abductis arva coloniset curvae rigidum falces conflantur in ensem.Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum;vicinae ruptis inter se legibus urbesarma ferunt; saevit toto Mars inpius orbe;ut cum carceribus sese effudere quadrigae,addunt in spatia et frustra retinacula tendensfertur equis auriga neque audit currus habenas.

Liber II

Hactenus arborum cultus et sidera caeli,nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecumvirgulta et prolem tarde crescentis olivae.Huc, pater o Lenaeae — -tuis hic omnia plenamuneribus, tibi pampineo gravidus autumnofloret ager, spumat plenis vindemia labris — -huc, pater o Lenaeae, veni nudataque mustotingue novo mecum direptis crura cothurnis.

Principio arboribus varia est natura creandis.namque aliae nullis hominum cogentibus ipsaesponde sua veniunt camposque et flumina latecurva tenent, ut molle siler lentaeque genestae,populus et glauca canentia fronde salicta;pars autem posito surgunt de semine, ut altaecastaneae nemorumque Iovi quae maxima frondetaesculus atque habitae Graeis oracula quercus.Pullulat ab radice aliis densissima silva,ut cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurusparva sub ingenti matris se subicit umbra.Hos natura modos primum dedit, his genus omnesilvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.

Sunt aliae, quas ipse via sibi repperit usus.Hic plantas tenero abscindens de corpore matrumdeposuit sulcis, hic stirpes obruit arvoquadrifidasque sudas et acuto robore vallos;silvarumque aliae pressos propaginis arcusexspectant et viva sua plantaria terra;nil radicis egent aliae summumque putatorhaud dubitat terrae referens mandare cacumen.Quin et caudicibus sectis — -mirabile dictu — -truditur e sicco radix oleagina ligno.Et saepe alterius ramos inpune videmusvertere in alterius mutatamque insita malaferre pirum et prunis lapidosa rubescere corna.

Quare agite o proprios generatim discite cultus,agricolae, fructusque feros mollite colendo,neu segnes iaceant terrae. Iuvat Ismara Bacchoconserere atque olea magnum vestire Taburnum.Tuque ades inceptumque una decurre laborem,O decus, o famae merito pars maxima nostrae,Maecenas, pelagoque volans da vela patenti;non ego cuncta meis

amplecti versibus opto,non, mihi si linguae centum sint
oraeque centum,ferrea vox; ades et primi lege litoris oram.In
manibus terrae; non hic te carmine fictoatque per ambages et
longa exorsa tenebo.

Sponte sua quae se tollunt in luminis oras,infecunda quidem,
sed laeta et fortia surgunt;quippe solo natura subest. Tamen
haec quoque, si quisinserat aut scrobibus mandet mutata
subactis,exuerint silvestrem animum cultuque frequentiin
quascumque voles artis haud tarda sequentur.Nec non et
sterilis, quae stirpibus exit ab imis,hoc faciat, vacuos si sit
digesta per agros;nunc altae frondes et rami matris
opacantcrescentique adimunt fetus uruntque ferentem.Iam
quae seminibus iactis se sustulit arbostarda venit seris
factura nepotibus umbram,pomaque degenerant sucos oblita
priors et turpis avibus praedam fert uva racemos.Scilicet
omnibus est labor inpendendus et omnescogendae in sulcum
ac multa mercede domandae.Sed truncis oleae melius,
propagine vitesrespondent, solido Paphiae de robore
myrtus;plantis et durae coryli nascuntur et ingensfraxinus
Herculeaeque arbos umbrosa coronaeChaoniiue patris
glandes, etiam ardua palmanascitur et casus abies visura
marinos.

Inseritur vero et fetu nucis arbutus horrida,et steriles platani
malos gessere valentis;castaneae fagus, ornusque incanuit
alboflore piri glandemque sues fregere sub ulmis.Nec modus
inserere atque oculos inponere simplex.Nam qua se medio
trudunt de cortice gemmaeet tenuis rumpunt tunicas,
angustus in ipsofit nodo sinus: huc aliena ex arbore
germenincludunt udoque docent inolescere libro.Aut rursum
enodes trunci resecantur et altefinditur in solidum cuneis via,
deinde feracesplantae inmittuntur: nec longum tempus, et
ingensexsilit ad caelum ramis felicibus arbosmiraturque
novas frondes et non sua poma.

Praeterea genus haud unum nec fortibus ulmis nec salici
lotoque neque Idaeis cyparissis, nec pingues unam in faciem
nascuntur olivae, orchades et radii et amara pausia
bacapomaque et Alcinoi silvae, nec surculus idem Crustumii
Syriisque piris gravibusque volemis. Non eadem arboribus
pendet vindemia nostris, quam Methymnaeo carpit de palmite
Lesbos; sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae, pinguibus
hae terris habiles, levioribus illae, et passo Psithia utilior
tenuisque Lageostemptatura pedes olim vincturaque
linguam, purpureae preciaeque, et quo te carmine
dicam, Rhaetica? Nec cellis ideo contende Falernis. Sunt et
Amineae vites, firmissima vina, Tmolius adsurgit quibus et rex
ipse Phanaeus; Argitisque minor, cui non certaverit ulla aut
tantum fluere aut totidem durare per annos. Non ego te, Dis et
mensis accepta secundis, transierim, Rhodia, et tumidis,
Bumaste, racemis. Sed neque quam multae species nec
nomina quae sint, est numerus; neque enim numero
comprehendere refert; quem qui scire velit, Libyci velit aequoris
idem discere quam multae Zephyro turbentur harenae, aut ubi
navigiis violentior incidit Eurys, nosse, quot Ionii veniant ad
litora fluctus.

Nec vero terrae ferre omnes omnia possunt. fluminibus salices
crassisque paludibus alinae nascuntur, steriles saxosis montibus
orni; litora myrtetis laetissima; denique apertos Bacchus amat
collis, aquilonem et frigora taxi. Aspice et extremis domitum
cultoribus orbem Eoasque domos Arabum pictosque
Gelonos: divisae arboribus patriae. Sola India nigrum fert
ebenum, solis est turea virga Sabaeis. Quid tibi odorato
referam sudantia ligno balsamaque et bacas semper
frondentis acanthi? Quid nemora Aethiopum molli canentia
lana, velleraque ut foliis depectant tenuia Seres; aut quos
Oceano propior gerit India lucos, extremi sinus orbis, ubi aera
vincere summum arboris haud ullae iactu potuere sagittae? Et
gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. Media fert tristis

sucos tardumque saporem felicis mali, quo non praesentius
ullum, pocula si quando saevae infecere
novercae, miscueruntque herbas et non innoxia verba, auxilium
venit ac membris agit atra venena. Ipsa ingens arbor
faciemque simillima lauro; et, si non alium late iactaret
odorem, laurus erat; folia haud ullis labentia ventis; flos ad
prima tenax; animas et olentia Mediora foveat illo et senibus
medicantur anhelis. sed neque Medorum, silvae ditissima,
terra, nec pulcher Ganges atque auro turbidus
Hermus laudibus Italiae certent, non Bactra neque Inditotaque
turiferis Panchaia pinguis harenis. Haec loca non tauri
spirantes naribus ignem invertere satis inmanis dentibus
hydrinec galeis densisque virum seges horruit hastis; sed
gravidae fruges et Bacchi Massicus humor inplevere; tenent
oleae armenta et laeta. Hinc bellator equus campo sese
arduus infert; hinc albi, Clitumne, greges et maxima
taurus victima, saepe tuo perfusi flumine sacro, Romanos ad
templa deum duxere triumphos. Hic ver adsidium atque
alienis mensibus aestas bis gravidae pecudes, bis pomis utilis
arbor. At rabidae tigres absunt et saeva leonum semina nec
miseri fallunt aconita legentis nec rapit immensos orbis per
humum neque tantos quameus in spiram tractu se colligit
anguis. Adde tot egregias urbes operumque laborem, tot
congesta manu praeruptis oppida saxis fluminaque antiquos
subter labentia muros. An mare, quod supra, memorem,
quodque adluit infra anne lacus tantos? Te, Lari maxume,
teque, fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino an
memorem portus Lucrinoque addita claustra atque indignatum
magnis stridoribus aequor Iulia qua ponto longe sonat unda
refuso Tyrrenusque fretis inmittitur aestus Avernis? Haec
eadem argenti rivos aerisque metalla ostendit venis atque
auro plurima fluxit. Haec genus acre virum, Marsos pubemque
Sabellam ad suetumque malo Ligures Volcosque
verutosex tulit, haec Decios, Marios, magnosque

Camillos, Scipiadas duros bello et te, maxume Caesar, qui nunc extremis Asiae iam victor in oris inbellem avertis Romanis arcibus Indum. Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus, magna virum; tibi res antiquae laudis et artem ingredior, sanctos ausus recludere fontis, Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

Nunc locus arborum ingeniis: quae robora cuique, quis color et quae sit rebus natura ferendis. Difficiles primum terrae collesque maligni, tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis, Palladia gaudent silva vivacis olivae. Indicio est tractu surgens oleaster eodem plurimus et strati bacis silvestribus agri. At quae pinguis humus dulcique uligine laeta, quique frequens herbis et fertilis ubere campus — -qualem saepe cava montis convalle solemus despicerere; huc summis liquuntur rupibus amnes felicesque trahunt limum — -quique editus austro et filicem curvis invisam pascit aratri: hic tibi praevalidas olim multoque fluentissufficiet Baccho vitis, hic fertilis uvae, hic laticis, qualem pateris libamus et auro, inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras, lancibus et pandis fumantia reddimus exta. Sin armenta magis studium vitulosque tueri aut ovium fetum aut urentis culta capellas, saltus et saturi petito longinqua Tarenti, qualem infelix amisit Mantua campum, pascentem niveos herboso flumine cycnos; non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt; et, quantum longis carpent armenta diebus, exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Nigra fere et presso pinguis sub vomere terra et cui putre solum, — -namque hoc imitatur arando — -optima frumentis; non ullo ex aequare cernes plura domum tardis decedere plaustra iuvenis; aut unde iratus silvam devexit arator, nemora evertit multos ignava per annos antiquasque domos avium cum stirpibus imiseruit; illae altum nidis petiere relictis, at rudis enituit impulsu vomere campus. Nam ieiuna quidem clivosi glareae ruris vix humilis apibus casias roremque ministrat; et topus scaber et nigris

exesa chelydriscreta negant alios aequae serpentibus
agrosdulcem ferre cibum et curvas praeberere latebras.Quae
tenuem exhalat nebulam fumosque volucriset bibit humorem
et, cum volt, ex se ipsa remittitquaeque suo semper viridi se
gramine vestitnec scabie et salsa laedit robigine ferrum:illa
tibi laetis intexet vitibus ulmos,illa ferax oleo est, illam
experiere colendoet facilem pecori et patientem vomeris
unci.Talem dives arat Capua et vicina Vesevoora iugo et
vacuis Clanius non aequus Acerris.

Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.Rara sit
an supra morem si densa requires — -altera frumentis
quoniam favet, altera Baccho,densa magis Cereri, rarissima
quaeque Lyaeo — -ante locum capies oculis alteque iubebisin
solido puteum demitti omnemque reponesrursus humum et
pedibus summas aequabis harenas.Si deerunt, rarum
pecorique et vitibus almisaptius uber erit; sin in sua posse
negabuntire loca et scrobibus superabit terra repletis,spissus
ager; glaebas cunctantis crassaque tergaexspecta et validis
terram proscinde iuvcis.Salsa autem tellus et quae
perhibetur amara,frugibus infelix — -ea nec mansuescit
arandonec Baccho genus aut pomis sua nomina servat — -tale
dabit specimen: tu spisso vimine qualoscolaque prelorum
fumosis deripe tectis;huc ager ille malus dulcesque a fontibus
undae ad plenum calcentur; aqua eluctabitur omnisscilicet, et
grandes ibunt per vimina guttae;at sapor indicium faciet
manifestus et oratristia temptantum sensu torquebit
amaro.Pinguis item quae sit tellus, hoc denique
pactodiscimus: haud umquam manibus iactata fatiscit,sed
pice in morem ad digitos lentescit habendo.Humida maiores
herbas alit, ipsaque iustolaetior. Ah nimium ne sit mihi fertilis
illanec se praevalidam primis ostendat aristis!Quae gravis est,
ipso tacitam se pondere prodit,quaeque levis. Promptum est
oculis praediscere nigram,et quis cui color. At sceleratum
exquirere frigusdifficile est: piceae tantum taxique

nocentes interdum aut hederæ pandunt vestigia nigrae his animadversis terram multo ante memento excoquere et magnos scrobibus concidere montis, ante supinatas aquiloni ostendere glaebas, quam laetum infodias vitis genus. Optima putri arva solo: id venti curant gelidaeque pruinae et labefacta movens robustus iugera fossor. Ac si quos haud ulla viros vigilantia fugit, ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur arboribus seges et quo mox digesta feratur, mutatam ignorent subito ne semina matrem. Quin etiam caeli regionem in cortice signant, ut, quo quaeque modo steterit, qua parte calores Austrinos tulerit, quae terga obverterit axi, restituant: adeo in teneris consuescere multum est. Collibus an plano melius sit ponere vitem, quaere prius. Si pinguis agros metabere campi, densa sere; in denso non segnior ubere Bacchus; sin tumulis ad clive solum collisque supinos, indulge ordinibus, nec setius omnis in unguem arboribus positus secto via limite quadret. Ut saepe ingenti bello cum longa cohortis explicuit legio et campo stetit agmen aperto, directaeque acies, ac late fluctuat omnis aere renidenti tellus, necdum horrida miscent proelia, sed dubius mediis Mars errat in armis: omnia sint paribus numeris dimensa viarum; non animum modo uti pascat prospectus inanem, sed quia non aliter viris dabit omnibus aequa terra neque in vacuum poterunt se extendere rami.

Forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras. ausim vel tenui vitem committere sulco. Altior ac penitus terrae defigitur arbor, aesculus in primis, quae quantum vertice ad auras aetherias, tantum radice in Tartara tendit. Ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres convellunt; in mota manet, multosque nepotes, multa virum volvens durando saecula vincit. Tum fortis late ramos et brachia pandens huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem, Neve inter vitis
corylum sere, neve flagellae summa pete aut summa defringe
ex arbore plantae tantus amor terrae — -ne ferro laede
retinse semina, neve oleae silvestris insere truncos: nam
saepe incautis pastoribus excidit ignis, qui furtim pingui
primum sub cortice tectus robora comprehendit frondesque
elapsus in altis ingentem caelo sonitum dedit; inde secutus per
ramos victor perque alta cacumina regnat et totum involvit
flammis nemus et ruit aeternum caelum picea crassus caligine
nubem, praesertim si tempestas a vertice silvis incubuit
glomeratque ferens incendia ventus. Hoc ubi, non a stirpe
valent caesaeque reverti possunt atque ima similes revirescere
terra; infelix superat foliis oleaster amaris.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctore tellurem
Borea rigidam spirante movere. Rura gelu tum claudit hiems
nec semine iacto concretam patitur radicem adfigere
terrae. Optima vinetis satio, cum vere rubent candida venit
avis longis invisae colubris, prima vel autumnus sub frigora, cum
rapidus Sol nondum hiemem contingit equis, iam praeterit
aestas. Ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis; vere tument
terrae et genitalia semina poscunt. Tum pater omnipotens
fecundis imbribus Aether coniugis in gremium laetae
descendit et omnis magnus alit magno commixtus corpore
fetus. Avia tum resonant avibus virgulta canoris et Venerem
certis repetunt armenta diebus; parturit almus ager
Zephyrique tepentibus auris laxant arva sinus; superat tener
omnibus humor; inque novos soles audent se germina
tuto credere, nec metuit surgentis pampinus austros aut actum
caelo magnis aquilonibus imbrem, sed trudit gemmas et
frondes explicat omnis. Non alios prima crescentis origine
mundi inluxisse dies aliumve habuisse tenorem crediderim: ver
illud erat, ver magnus aegae torbis et hibernis parcebant
flatibus Euri, cum primae lucem pecudes hausere
virumque terra progenies duris caput extulit

arvis,inmissaeque ferae silvis et sidera caelo.Nec res hunc tenerae possent perferre laborem,si non tanta quies iret frigusque caloremqueinter, et exciperet caeli indulgentia terras.

Quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,sparge fimo pingui et multa memor occule terra,aut lapidem bibulum aut squalentis infode conchas;inter enim labentur aquae tenuisque subibithalitus atque animos tollent sata; iamque reperti,qui saxo super atque ingentis pondere testaeurgerent; hoc effusus munimen ad imbris,hoc, ubi hiulca siti findit canis aestifer arva.

Seminibus positis superest diducere terramsaepius ad capita et duros iactare bidentis,aut presso exercere solum sub vomere et ipsaffectere luctantis inter vineta iuencos;tum levis calamos et rasae hastilia virgaefraxineasque aptare sudes furcasque valentis,viribus eniti quarum et contemnere ventosadsuescant summasque sequi tabulata per ulmos.

Ac dum prima novis adolescit frondibus aetas,parcendum teneris, et dum se laetus ad auraspalmes agit laxis per purum inmissus habenis,ipsa acie nondum falcis temptanda, sed unciscarpendae manibus frondes interque legendae.Inde ubi iam validis amplexae stirpibus ulmosexierint, tum stringe comas, tum brachia tonde — -ante reformidant ferrum — -tum denique duraexerce imperia et ramos conpesce fluentis.

Texendae saepes etiam et pecus omne tenendum,praecipue dum frons tenera inprudensque laborum;cui super indignas hiemes solemque potentemsilvestres uri adsidue capraeaeque sequacesinludunt, pascuntur oves avidaeque iuvencae.Frigora nec tantum cana concreta pruinaaut gravis incumbens scopulis arentibus aestas,quantum illi nocuere greges durique venenumdentis et admorso signata in stirpe cicatrix.Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus ariscaeditur et veteres ineunt proscaenia ludipraemiaque ingeniis pagos et

compita circumthesidae posuere atque inter pocula
laetimollibus in pratis unctos saluere per utres.Nec non
Ausonii, Troia gens missa, coloniversibus incomptis ludunt
risuque solutooraque corticibus sumunt horrenda cavatiset te,
Bacche, vocant per carmina laeta tibiqueoscilla ex alta
suspendunt mollia pinu.Hinc omnis largo pubescit vinea
fetu,conplentur vallesque cavae saltusque profundi,et
quocumque deus circum caput egit honestum.Ergo rite suum
Baccho dicemus honoremcarminibus patriis lancesque et liba
feremuset ductus cornu stabit sacer hircus ad
arampinguiaque in veribus torrebimus exta columnis.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter,cui numquam
exhausti satis est: namque omne quot annisterque quaterque
solum scindendum glebaque versisaeternum frangenda
bidentibus, omne levandumfronde nemus. Redit agricolis
labor actus in orbematque in se sua per vestigia volvitur
annus.Ac iam olim, seras posuit cum vinea frondes,frigidus et
silvis aquilo decussit honorem,iam tum acer curas venientem
extendit in annumrusticus et curvo Saturni dente
relictampersequitur vitem attondens fingitque
putando.Primus humum fodito, primus devecta
crematosarmenta et vallos primus sub tecta
referto;postremus metito. Bis vitibus ingruit umbra,bis
segetem densis obducunt sentibus herbae;durus uterque
labor: laudato ingentia rura,exiguum colito. Nec non etiam
aspera ruscivimina per silvam et ripis fluvialis
arundocaeditur, incultique exercet cura salicti.Iam vinctae
vites, iam falcem arbusta reponunt,iam canit effectos
extremus vinitor antes:sollicitanda tamen tellus pulvisque
movendus et iam maturis metuendus Iuppiter uvis.

Contra non ulla est oleis cultura; neque illae procurvam
exspectant falcem rastrosque tenacis,cum semel haeserunt
arvis aurasque tulerunt;ipsa satis tellus, cum dente recluditur

unco,sufficit humorem et gravidas, cum vomere, fruges.Hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam.

Poma quoque, ut primum truncos sensere valentiset viris habuere suas, ad sidera raptimvi propria nituntur opisque haud indiga nostrae.Nec minus interea fetu nemus omne gravescitsanguineisque inculta rubent aviaria bacis.Tondentur cytisi, taedas silva alta ministrat,pascunturque ignes nocturni et lumina fundunt.Et dubitant homines serere atque inpendere curamquid maiora sequar? — -salices humilesque genestaeaut illae pecori frondem aut pastoribus umbramSufficiunt saepemque satis et pabula melli — -et iuvat undantem buxo spectare Cytorumnaryciaeque picis lucos, iuvat arva viderenon rastris, hominum non ulli obnoxia curae.Ipsae Caucasio steriles in vertice silvae,quas animosi Euri adsidue franguntque feruntque,dant alios aliae fetus, dant utile lignumnavigiis pinus, domibus cedrumque cupressosque.Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustrisagricolae et pandas ratibus posuere carinas,viminibus salices fecundae, frondibus ulmi,at myrtus validis hastilibus et bona bellocornus, Ituraeos taxi torquentur in arcus.Nec tiliae leves aut torno rasile buxumnon formam accipiunt ferroque cavantur acuto.Nec non et torrentem undam levis innatat alnus,missa Pado; nec non et apes examina conduntcorticibusque cavis vitiosaeque ilicis alvo.Quid memorandum aequae Baccheia dona tuleruntBacchus et ad culpam causas dedit; ille furentiscentauros leto domuit, Rhoetumque Pholumqueet magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,agricolas! quibus ipsa procul discordibus armisfundit humo facilem victum iustissima tellus.Si non ingentem foribus domus alta superbismane salutantum totis vomit aedibus undam,nec varios inhiant pulchra testudine postisinlusasque auro vestes

Ephyreiaque aera,alba neque Assyrio fucatur lana venenonec casia liquidi corrumpitur usus olivi:at secura quies et nescia fallere vita,dives opum variarum, at latis otia fundis — -speluncae vivique lacus et frigida Tempemugitusque boum mollesque sub arbore somni — -non absunt; illic saltus ac lustra ferarumet patiens operum exiguoque adsueta iuventus,sacra deum sanctique patres; extrema per illosiustitia excedens terris vestigia fecit.

Me vero primum dulces ante omnia Musae,quarum sacra fero ingenti percussus amore,accipiant caelique vias et sidera monstrent,defectus solis varios lunaeque labores;unde tremor terris, qua vi maria alta tumescantobicibus ruptis rursusque in se ipsa residant,quid tantum Oceano properent se tingere soleshiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet.Sin, has ne possim naturae accedere partis,frigidus obstiterit circum praecordia sanguis:rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes,flumina amem silvasque inglorius. O ubi campiSpercheosque et virginibus bacchata LacaenisTaygeta! O, qui me gelidis convallibus Haemisistat et ingenti ramorum protegat umbra!Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,atque metus omnis et inexorabile fatumsubiecit pedibus strepitumque Acherontis avari.Fortunatus et ille, deos qui novit agrestis,panaque Silvanumque senem Nymphasque sorores:illum non populi fascēs, non purpura regumflexit et infidos agitans discordia fratresaut coniurato descendens Dacus ab Histro,non res Romanae perituraque regna; neque illeaut doluit miserans inopem aut invidit habentiquos rami fructus, quos ipsa volentia rurasponte tulere sua, carpsit; nec ferrea iurainsanumque forum aut populi tabularia vidit.sollicitant alii remis freta caeca ruuntquein ferrum, penetrant aulas et limina regum;hic petit excidiis urbem miserosque Penatis,ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro;condit opes alius defossoque incubat auro;hic stupet attonitus rostris; hunc plausus hiantemper cuneos —

-geminatus enim plebisque patrumque — -corripuit; gaudent perfusi sanguine fratrum,exsilioque domos et dulcia limina mutantatque alio patriam quaerunt sub sole iacentem.Agricola incurvo terram dimovit aratro:hinc anni labor, hinc patriam parvosque nepotessustinet, hinc armenta boum meritosque iuencos.Nec requies, quin aut pomis exuberet annusaut fetu pecorum aut cerealis mergite culmi,proventuque oneret sulcos atque horrea vincat.Venit hiems: teritur Sicyonia baca trapetis,glande sues laeti redeunt, dant arbuta silvae;et varios ponit fetus autumnus et altemitis in apricis coquitur vindemia saxis.Interea dulces pendent circum oscula nati,casta pudicitiam servat domus, ubera vaccaelactea demittunt pinguesque in gramine laetointer se adversis luctantur cornibus haedi.Ipse dies agitat festos fususque per herbam,ignis ubi in medio et socii cratera coronant,te libans, Lenaeae, vocat pecorisque magistrisvelocis iaculi certamina ponit in ulmo,corporaque agresti nudant praedura palaestrae.Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,hanc Remus et frater, sic fortis Etruria crevitscilicet et rerum facta est pulcherrima Roma,septemque una sibi muro circumdedit arces.Ante etiam sceptrum Dictaei regis et anteinpia quam caesis gens est epulata iuencis,aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat;necdum etiam audierant inflari classica, necduminpositos duris crepitare incudibus enses.Sed nos inmensum spatii confecimus aequor,et iam tempus equum fumantia solvere colla.

Liber III

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemuspastor ab Amphryso, vos, silvae amnesque Lycaeii.Cetera, quae vacuas tenuissent carmine mentes,omnia iam volgata: quis aut Eurysthea durumaut inlaudati nescit Busiridis aras?Cui non dictus Hylas puer et Latonia DelosHippodameque umeroque

Pelops insignis eburno,acer equis? Temptanda via est, qua me quoque possimtollere humo victorque virum volitare per ora.Primus ego in patriam mecum, modo vita supersit,Aonio rediens deducam vertice Musas;primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas,et viridi in campo templum de marmore ponampropter aquam. Tardis ingens ubi flexibus erratMincius et tenera praetexit arundine ripas.In medio mihi Caesar erit templumque tenebit:illi victor ego et Tyrio conspectus in ostrocentum quadriugos agitabo ad flumina currus.Cuncta mihi Alpheum linquens lucosque Molorchicursibus et crudo decernet Graecia caestu.Ipse caput tonsae foliis ornatus olivaedona feram. Iam nunc sollemnis ducere pompasad delubra iuvat caesosque videre iuencos,vel scaena ut versis discedat frontibus utquepurpurea intexti tollant aulaea Britanni.In foribus pugnam ex auro solidoque elephantogangaridum faciam victorisque arma Quirini,atque hic undantem bello magnumque fluentemNilum ac navali surgentis aere columnas.Addam urbes Asiae domitas pulsumque Niphatenfidentemque fuga Parthum versisque sagittis,et duo rapta manu diverso ex hoste tropaeabisque triumphatas utroque ab litore gentes.Stabunt et Parii lapides, spirantia signa,Assaraci proles demissaeque ab Iove gentisnomina, Trosque parens et Troiae Cynthus auctor.Invidia infelix Furias amnemque severumCocyti metuet tortosque Ixionis anguisimmanemque rotam et non exsuperabile saxum.Interea Dryadum silvas saltusque sequamurintactos, tua, Maecenas, haud mollia iussa.Te sine nil altum mens incohatur; en age segnisrumpe moras; vocat ingenti clamore CithaeronTaygetique canes domitrixque Epidaurus equorumet vox adsensu nemorum ingeminata remugit.Mox tamen ardentis accingar dicere pugnasCaesaris et nomen fama tot ferre per annos,Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Seu quis Olympiacae miratus praemia palmaepascit equos seu quis fortis ad aratra iuencos, corpora praecipue matrum legat. Optuma torvaeforma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix, et crurum tenuis a mento palearia pendent; tum longo nullus lateri modus; omnia magna, pes etiam; et camuris hirtae sub cornibus aures. Nec mihi displiceat maculis insignis et albo, aut iuga detractans interdumque aspera cornuet faciem tauro propior, quaeque ardua tota, et gradiens ima verrit vestigia cauda, Aetas Lucinam iustosque pati hymenaeosdesinit ante decem, post quattuor incipit annos; cetera nec feturae habilis nec fortis aratris. Interea, superat gregibus dum laeta iuventas, solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus, atque aliam ex alia generando suffice prolem. Optuma quaeque dies miseris mortalibus aevi prima fugit; subeunt morbi tristisque senectus et labor, et durae rapit inclementia mortis. Semper erunt, quarum mutari corpora malis: semper enim refice ac, ne post amissa requiras, ante veni et subolem armento sortire quotannis.

Nec non et pecori est idem dilectus equino. Tu modo, quos in spem statues submittere gentis, praecipuum iam inde a teneris impende laborem. Continuo pecoris generosi pullus in arvis altius ingreditur et mollia crura reponit; primus et ire viam et fluvios temptare minaces audet et ignoto sese committere pontinec vanos horret strepitus. Illi ardua cervix argutumque caput, brevis alvus obesaque terga, luxuriatque toris animosum pectus. Honesti spadices glaucique, color deterrimus albis et gilvo. Tum, si qua sonum procul arma dederet, stare loco nescit, micat auribus et tremit artus collectumque premens volvit sub naribus ignem. Densa iuba, et dextro iactata recumbit in armo; at duplex agitur per lumbos spina, cavatque tellurem et solido graviter sonat ungula cornu. Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis Cyllarus et, quorum Grai meminere poetae, Martis equi biiuges et magni currus Achilli. Talis et ipse iubam cervice effundit

equinaconiugis adventu pernix Saturnus et altumPelion
hinnitu fugiens implevit acuto.

Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut iam segnior
annisdeficit, abde domo nec turpi ignosce senectae.frigidus in
Venerem senior, frustra que laboremingratum trahit, et, si
quando ad proelia ventum est,ut quondam in stipulis magnus
sine viribus ignis,incassum furit. Ergo animos aevumque
notabispraecipue; hinc alias artis prolemque parentumet quis
cuique dolor victo, quae gloria palmae.Nonne vides, cum
praecipiti certamine campumcorripuere ruuntque effusi
carcere currus,cum spes arrectae iuvenum, exsultantiaque
hauritcorda pavor pulsans? Illi instant verbere tortoet proni
dant lora, volat vi fervidus axis;iamque humiles, iamque elati
sublime videnturaera per vacuum ferri atque adsurgere in
auras;nec mora nec requies; at fulvae nimbus harenaetollitur,
umesunt spumis flatuque sequentum:tantus amor laudum,
tantae est victoria curae.Primus Erichthonius currus et
quattuor aususiungere equos rapidusque rotis insistere
victorFrena Pelethronii Lapithae gyrosque dedereimpositi
dorso atque equitem docuere sub armisinsultare solo et
gressus glomerare superbos.Aequus uterque labor, aequae
iuvenemque magistriexquirunt calidumque animis et cursibus
acrem,quamvis saepe fuga versos ille egerit hostiset patriam
Epirum referat fortisque MycenaseNeptunique ipsa deducat
origine gentem.

His animadversis instant sub tempus et omnisimpendunt
curas denso distendere pingui,quem legere ducem et pecori
dixere maritum;florentisque secant herbas fluviosque
ministrantfarraque, ne blando nequeat superesse
laboriinvalidique patrum referant ieiunia nati.Ipsa autem
macie tenuant armenta volentes,atque, ubi concubitus primos
iam nota voluptassollicitat, frondesque negant et fontibus
arcent.Saepe etiam cursu quatiunt et sole fatigant,cum

graviter tunsis gemit area frugibus et cum surgentem ad Zephyrum paleae iactantur inanes. Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usussit genitali arvo et sulcos oblimet inertis, sed rapiat sitiens Venerem interiusque recondat.

Rursus cura patrum cadere et succedere matrum incipit. Exactis gravidae cum mensibus errant, non illas gravibus quisquam iuga ducere plaustis, non saltu superare viam sit passus et acricarpere prata fuga fluviosque innare rapacis. Saltibus in vacuis pascunt et plena secundum flumina, muscus ubi et viridissima gramine ripa, speluncaeque tegant et saxea procubet umbra. Est lucos Silari circa ilicibusque; virentem plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo Romanum est, oestrum Grai vertere vocantes, asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis diffugiunt armenta; furit mugitibus aether concussus silvaeque et sicci ripa Tanagri. Hoc quondam monstro horribilis exercuit iras Inachiae Iuno pestem meditata iuvencae. Hunc quoque, nam mediis fervoribus acrior instat, arcebis gravidus pecori, armenta que pasces sole recens orto aut noctem ducentibus astris.

Post partum cura in vitulos traducitur omnis, continuoque notas et nomina gentis inuruntet quos aut pecori malint submittere habendo aut aris servare sacros aut scindere terram et campum horrentem fractis invertere glaebis. Cetera pascuntur viridis armenta per herbas: Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem, iam vitulos hortare viamque insiste domandi, dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas. Ac primum laxos tenui de vimine circos cervici subnecte; dehinc, ubi libera colla servitio adsuerint, ipsis et torquibus aptos iunge pares et coge gradum conferre iuencos; atque illis iam saepe rotae ducantur inanes per terram et summo vestigia pulvere signent; post valido nitens sub pondere faginus axis instrepat et iunctos temo trahat

aereus orbes. Interea pubi indomitae non gramina tantum nec
vescas salicum frondes ulvamque palustrem, sed frumenta
manu carpes sata; nec tibi fetae more patrum nivea implebunt
mulctraria vaccae, sed tota in dulcis consument ubera natos.

Sin ad bella magis studium turmasque ferocis, aut Alpheia rotis
praelabi flumina Pisae et Iovis in luco currus agitare
volantis: primus equi labor est, animos atque arma
videre bellantum lituosque pati tractuque gementem ferre
rotam et stabulo frenos audire sonantis; tum magis atque
magis blandis gaudere magistrilaudibus et plausae sonitum
cervicis amare. Atque haec iam primo depulsus ab ubere
matris audeat, inque vicem det mollibus ora capistris invalidus
etiamque tremens, etiam inscius aevi. At tribus exactis ubi
quarta accesserit aestas, carpere mox gyrum incipiat
gradibusque sonare compositis sinuetque alterna volumina
crurum sitque laboranti similis; tum cursibus auras, tum vocet,
ac per aperta volans ceu liber habenis aequora vix summa
vestigia ponat harena; qualis Hyperboreis Aquilo cum densus
ab oris incubuit, Scythiaeque hiemes atque arida differt nubila:
tum segetes altae campique natantes lenibus horrescunt
flabris summaeque sonore mdant silvae longique urgent ad
litora fluctus; ille volat simul arva fuga, simul aequora
verrens. Hinc vel ad Elei metas et maxuma campis udabit spatia
et spumas aget ore cruentas, Belgica vel molli melius feret
essedae collo. Tum demum crassa magnum farragine
corpus crescere iam domitis sinito: namque ante
domandum ingentis tollent animos prensique negabunt verbera
lenta pati et duris parere lupatis.

Sed non ulla magis viris industria firmat, quam Venerem et
caeci stimulos avertere amoris, sive boum sive est cui gratior
usus equorum. Atque ideo tauros procul atque in sola
relegant pascua post montem oppositum et trans flumina
lata, aut intus clausos satura ad praesepia servant. Carpit enim

viris paulatim uritque videndofemina nec nemorum patitur
meminisse nec herbaedulcibus illa quidem inlecebris, et
saepe superboscornibus inter se subigit decernere
amantis.Pascitur in magna Sila formosa iuvenca:illi
alternantes multa vi proelia miscentvolneribus crebris, lavit
ater corpora sanguis,versaue in obnixos urguntur cornua
vastocum gemitu, reboant silvaeque et longus OlympusNec
mos bellantis una stabulare, sed altervictus abit longeque
ignotis exulat oris,multa gemens ignominiam plagasque
superbivictoris, tum, quos amisit inultus, amores;et stabula
aspectans regnis excessit avertis.Ergo omni cura viris exercet
et interdura iacet pernix instrato saxa cubilifrondibus hirsutis
et carice pastus acuta,et temptat sese atque irasci in cornua
discitarboris obnixus trunco ventosque lacessitictibus et
sparsa ad pugnam proludit harena.Post ubi collectum robur
viresque refectaesigna movet praecepsque oblitum fertur in
hostem:fluctus uti medio coepit cum albescere pontolongius
ex altoque sinum trahit, utque volutusad terras immane sonat
per saxa neque ipsomonte minor procumbit, at ima exaestuatur
undaverticibus nigramque alte subiectat harenam.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque,et genus
aequoreum, pecudes pictaeque volucres,in furias. ignemque
ruunt. Amor omnibus idem.Tempore non alio catulorum oblita
leaenasaevior erravit campis, nec funera volgotam multa
informes ursi stragemque dedereper silvas; tum saevus aper,
tum pessima tigris;heu male tum Libyae solis erratur in
agris.Nonne vides, ut tota tremor pertemptet
equorumcorpora, si tantum notas odor attulit auras?Ac neque
eos iam frena virum neque verbera saevanon scopuli
rupesque cavae atque obiecta retardantflumina correptosque
unda torquentia montis.Ipse ruit dentesque Sabellicus exacuit
suset pede prosubigit terram, fricat arbore costasatque hinc
atque illinc umeros ad volnera durat.Quid iuvenis, magnum
cui versat in ossibus ignemdurus amor? Nempe abruptis

turbata procellis nocte natat caeca serus freta; quem super
ingens porta tonat caeli et scopulis inlisa reclamantaequora;
nec miseri possunt revocare parentes nec moritura super
crudeli funere virgo. Quid lynces Bacchi variae et genus acre
luporum atque canum? Quid, quae imbelles dant proelia
cervi? Scilicet ante omnis furor est insignis equarum; et
mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci Potniades malis
membra absumpsere quadrigae. Illas ducit amor trans
Gargara transque sonantem Ascanium; superant montis et
flumina tranant. Continuoque avidis ubi subdita flamma
medullis, vere magis, quia vere calor redit ossibus: illae ore
omnes versae in Zephyrum stant rupibus altis, exceptantque
levis auras et saepe sine ullis coniugiis vento gravidae,
mirabile dictu, saxa per et scopulos et depressas
convallis diffugiunt, non, Eure, tuos, neque solis ad ortus, in
Borean caurumque, aut unde nigerrimus austernascitur et
pluvio contristat frigore caelum. Hic demum, hippomanes vero
quod nomine dicunt pastores, lentum destillat ab inguine
virus, hippomanes, quod saepe malae legere
novercaemiscueruntque herbas et non innoxia verba.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, singula dum capti
circumvectamur amore. Hoc satis armentis: superat pars
altera curae, lanigeros agitare greges hirtasque capellas. Hic
labor, hinc laudem fortes sperate coloni. Nec sum animi
dubius, verbis ea vincere magnumquam sit, et angustis hunc
addere rebus honorem; sed me Parnasi deserta per ardua
dulcis raptat amor; iuvat ire iugis, qua nulla priorum Castaliam
molli devertitur orbita clivo. Nunc, veneranda Pales, magno
nunc ore sonandum

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam carpere ovis, dum
mox frondosa reducitur aestas, et multa duram stipula
filicumque manipulis sternere subter humum, glacies ne frigida
laedat molle pecus scabiemque ferat turpisque podagras. Post

hinc digressus iubeo frondentia caprisarbuta sufficere et fluvios praeberere recentiset stabula a ventis hiberno opponere soliad medium conversa diem, cum frigidus olimiam cadit extremoque inrorat Aquarius anno.Haec quoque non cura nobis levioire tuendae,nec minor usus erit, quamvis Milesia magnovellera mutantur Tyrios incocta rubores:densior hinc suboles, hinc largi copia lactis;quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra,laeta magis pressis manabunt flumina mammis.Nec minus interea barbas incanaque mentaCinyphii tondent hirci saetasque comantisusum in castrorum et miseris velamina nautis.Pascuntur vero silvas et summa Lycaeihorrentisque rubos et amantis ardua dumos:atque ipsae memores redeunt in tecta suosqueducunt et gravido superant vix ubere limen.Ergo omni studio glaciem ventosque nivalisquo minor est illis curae mortalis egestas,avertes victumque feres et virgea laetuspabula, nec tota claudes faenilia bruma.At vero Zephyris cum laeta vocantibus aestasin saltus utrumque gregem atque in pascua mittet,Luciferi primo cum sidere frigida ruracarpamus, dum mane novum, dum gramina canent,et ros in tenera pecori gratissimus herba.Inde ubi quarta sitim caeli collegerit horaet cantu querulae rumpent arbusta cicadae,ad puteos aut alta greges ad stagna iubebocurrentem ilignis potare canalibus undam;aestibus at mediis umbrosam exquirere vallem,sicubi magna Iovis antiquo robore quercusingentis tendat ramos, aut sicubi nigrumilicibus crebris sacra nemus accubet umbra;tum tenuis dare rursus aquas et pascere rursussolis ad occasum, cum frigidus aera vespertemperat et saltus reficit iam roscida lunallitora alcyonem resonant, acalanthida dumi.

Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versuprosequar et raris habitata mapalia tectis?Saepe diem noctemque et totum ex ordine mensempascitur itque pecus longa in deserta sine ullishospitiis: tantum campi iacet. Omnia secumarmentarius

Afer agit, tectumque laremque armaque Amyclaeumque
canem Cressamque pharetram; non secus ac patriis acer
Romanus in armis iniusto sub fasce viam cum carpit et
hostiante expectatum positus stat in agmine castris.

At non, qua Scythiae gentes Maeotiaeque unda, turbidus et
torquens flauentis Hister harenas, quaque redit medium
Rhodope porrecta sub axem. Illic clausa tenent stabulis
armenta, neque ullae aut herbae campo apparent aut arbore
frondes; sed iacet aggeribus niveis informis et alta terra gelu
late septemque adsurgit in ulnas. Semper hiemps, semper
spirantes frigora cauri. Tum Sol pallentis haud umquam
discutit umbras, nec cum inuictus equis altum petit aethera,
nec cum praecipitem Oceani rubro lavit aequore
currum. Concresecunt subitae currenti in flumine
crustae undaeque iam tergo ferratos sustinet orbis, puppis
illa prius, patulis nunc hospita plaustis; aeraeque dissiliunt
vulgo vestesque rigescunt indutae caeduntque securibus
umida vinaet totae solidam in glaciem vertere
lacuna estiriaque impexis induruit horrida barbis. Interea toto
non setius aere nunguit: intereunt pecudes, stant circumfusa
pruinis corpora magna bouum, confertoque agmine
cervitorpent mole nova et summis vix cornibus extant. Hos
non immissis canibus, non cassibus ullis puniceaeve agitant
pavidos formidine pennae, sed frustra oppositum trudentis
pectore montem comminus obtruncant ferro graviterque
rudentis caedunt et magno laeti clamore reportant. Ipsi in
defossis specubus secures sub alta otia agunt terra
congestaque robora totasque advolvere focis ulmos ignique
dedere. Hic noctem ludo ducunt et pocula laetifermento atque
acidis imitantur vitea sorbis. Talis Hyperboreo septem
subiecta trionigens effrena virum Rhiphaeo tunditur euro et
pecudum fulvis velatur corpora saetis.

Si tibi lanitium curae, primum aspera silva, lappaeque tribolique, absint; fuge pabula laeta; Continuoque greges villis lege mollibus albos. Illum autem, quamvis aries sit candidus ipse, nigra subest udo tantum cui lingua palato, reice, ne maculis infuscet vellera pullis nascentum, plenoque alium circumspice campo. Munere sic niveo lanae, si credere dignum est, Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit in nemora alta vocans; nec tu aspernata vocantem.

At cui lactis amor, cytisum lotosque frequentis ipse manu salsasque ferat praesepebus herbas. Hinc et amant fluvios magis et magis ubera tendunt et salis occultum referunt in lacte saporem. Multi iam excretos prohibent a matribus haedos primaque ferratis praefigunt ora capistris. Quod surgente die mulsero horisque diurnis, nocte premunt; quod iam tenebris et sole cadente, sub lucem exportant calathis adit oppida pastor; aut parco sale contingunt hiemique reponunt.

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed unavelocis Spartae catulos acremque Molossumpasce sero pingui. Numquam custodibus illis nocturnum stabulis furem incursusque luporum aut impacatos a tergo horrebis Hiberos. Saepe etiam cursu timidos agitabis onagro set canibus leporem, canibus venabere dammas, saepe volutabris pulsos silvestribus apros latratu turbabis agens montisque per altos ingentem clamore preme ad retia cervum.

Disce et odoratam stabulis accendere cedrum galbaneoque agitare gravis nidore chelydros. Saepe sub immotis praesepebus aut mala tactu vipera delituit caelumque exterrita fugit, aut tecto adsuetus coluber succedere et umbrae, pestis acerba boum, pecorique aspergere virus, fovit humum. Cape saxa manu, cape robora, pastor, tollentemque minas et sibila colla tumentem deice. Iamque fuga timidum caput abdidit alte, cum medii nexus extremaeque agmina caudaesolvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbis. Est etiam ille malus

Calabris in saltibus anguis,squamea convolvens sublato pectore tergaatque notis longam maculosus grandibus alvumqui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus et dumvere madent udo terrae ac pluvialibus austrisstagna colit, ripisque habitans hic piscibus atramimprobis ingluviem ranisque loquacibus explet;postquam exusta palus, terraeque ardore dehiscunt,exsilit in siccum et flammantia lumina torquenssaevit agris asperque siti atque exterritus aestu.Ne mihi tum mollis sub divo carpere somnosneu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,cum positis novus exuviis nitidusque iuventavolvitur, aut catulos tectis aut ova relinquensarduus ad solem et linguis micat ore trisulcis.

Morborum quoque te causas et signa docebo.Turpis ovis temptat scabies, ubi frigidus imberaltius ad vivum persedit et horrida canobruma gelu, vel cum tonsis inlotus adhaesitsudor et hirsuti secuerunt corpora vepres.Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistriperfundunt, udisque aries in gurgite villismersatur missusque secundo defluit amni;aut tonsum tristi contingunt corpus amurcaet spumas miscent argenti et sulfura vivaIdaeasque pices et pinguis unguine cerasscillamque elleborosque gravis nigrumque bitumen.Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est,quam si quis ferro potuit rescindere summumulceris os: alitur vitium vivitque tegendo,dum medicas adhibere manus ad volnera pastorabnegat et meliora deos sedet omnia poscens.Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossacum furit atque artus depascitur arida febris,profuit incensos aestus avertere et interima ferire pedis salientem sanguine venam,Bisaltae quo more solent acerque Gelonus;cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarumet lac concretum cum sanguine potat equino.Quam procul aut molli succedere saepius umbraevideris aut summas carpentem ignavius herbasextremamque sequi aut medio procumbere campopascentem et serae solam decedere nocti:continuo

culpam ferro compesce, prius quamdira per incautum serpent
contagia volgas. Non tam creber agens hiemem ruit aequare
turbo, quam multae pecudum pestes. Nec singula
morbicorpora corpiunt, sed tota aestiva repente, spemque
gregemque simul cunctamque ab origine gentem. Tum sciat,
aeris Alpibus et Norica si quis castella in tumultibus et Iapydis arva
Timavini quoque post tanto videat desertaque
regni pastorum et longe saltus lateque vacantis.

Hic quondam morbo caeli miseranda coorta est tempestas
totoque autumnus incanduit aestuet genus omne neci pecudum
dedit, omne ferarum, corrumpitque lacus, infecit pabula
tabo. Nec via mortis erat simplex, sed ubi ignea venis omnibus
acta sitis miseros adduxerat artus, rursus abundabat fluidus
liquor omniaque in se ossa minutatim morbo collapsa
trahebat. Saepe in honore deum medio stans hostia ad
aram laeta dum nivea circumdatur infusa vitta, inter cunctantis
cecidit moribunda ministros. Aut si quam ferro mactaverat
ante sacerdos inde neque impositis ardent altaria fibris nec
responsa potest consultus reddere vates, ac vix suppositi
tinguntur sanguine cultris summaque ieiuna sanie infusatur
harena. Hinc laetis vituli vulgo moriuntur in herbis et dulcis
animas plena ad praesepe reddunt; hinc canibus blandis
rabies venit et quatit aegrostussis anhela sues ac faucibus
angit obesis. Labitur infelix studiorum atque immemor
herbae victor equus fontisque avertitur et pede terram crebra
ferit; demissae aures, incertus ibidem sudor et ille quidem
mori turis frigidus, aret pellis et ad tactum tractanti dura
resistit. Haec ante exitium primis dant signa diebus; sin in
processu coepit crudescere morbus, tum vero ardentes oculi
atque attractus ab alto spiritus, interdum gemitu gravis,
imaque longior singultu tendunt, ita naribus atersanguis et
obsessas fauces premit aspera lingua. Profuit inserto latices
infundere cornu Lenaeos; ea visa salus morientibus una; mox
erat hoc ipsum exitio, furis quoque refecti ardebant ipsique suos

iam morte sub aegra, di meliora piis erroremque hostibus illum, discissos nudis laniabant dentibus artus. Ecce autem duro fumans sub vomere taurus concidit et mixtum spumis vomit ore cruorem extremosque ciet gemitus. It tristis aratormaerentem abiungens fraterna morte iuvenum, atque opere in medio defixa relinquit aratra. Non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt prata movere animum, non qui per saxa volutus purior electro campum petit amnis; at imasolvuntur latera atque oculos stupor urguet inertis ad terramque fluit devexo pondere cervix. Quid labor aut benefacta iuvant? Quid vomere terras invertisse gravis? Atqui non Massica Bacchim unera, non illis epulae nocuere repostae: frondibus et victu pascuntur simplicis herbae, pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu flumina, nec somnos abrumpit cura salubris. Tempore non alio dicunt regionibus illis quaesitas ad sacra boves Iunonis et uris imparibus ductos alta ad donaria currus. Ergo aegre rastris terram rimantur et ipsis ungibus infodiunt fruges montisque per altos contenta cervice trahunt stridentia plaustra. Non lupus insidias explorat ovilia circum nec gregibus nocturnus obambulat; acrior illum cura domat; timidi dammae cervique fugaces nunc interque canes et circum tecta vagantur. Iam maris immensi prolem et genus omne natantum litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus proluit; insolitae fugiunt in flumina phocae. Interit et curvis frustra defensa latebris vipera et attoniti squamis adstantibus hydri. Ipsis est aer avibus non aequus et illae praecipites alta vitam sub nube relinquunt. Praeterea iam nec mutari pabula refert artes nocent quaesitaeque; cessere magistri Philyrides Chiron Amythaoniusque Melampus. Saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque, inque dies avidum surgens caput altius effert: Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes arentesque sonant ripae collesque supini: Iamque catervatim dat stragem atque aggerat ipsi sin-

stabulis turpi dilapsa cadavera tabodonec humo tegere ac foveis abscondere discunt.Nam neque erat coriis usus nec viscera quisquamaut undis abolere potest aut vincere flamma;ne tondere quidem morbo inlueque peresavellera nec telas possunt attingere putris;verum etiam invisos si quis temptarat amictus,ardentes papulae atque immundus olentia sudormembra sequebatur nec longo deinde morantitempore contactos artus sacer ignis edebat.

Liber IV

Protinus aerii mellis caelestia donaexsequar: hanc etiam, Maecenas, adspice partem.Admiranda tibi levium spectacula rerummagnanimosque duces totiusque ordine gentismores et studia et populos et proelia dicam.In tenui labor; at tenuis non gloria, si quemnumina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

Principio sedes apibus statioque petenda,quo neque sit ventis aditus — -nam pabula ventiferre domum prohibent — -neque oves haedique petulcifloribus insultent aut errans bucula campodecutiat rorem et surgentes atterat herbas.Absint et picti squalentia terga lacertipinguibus a stabulis meropesque aliaeque volucreset manibus Procne pectus signata cruentis;omnia nam late vastant ipsasque volantesore ferunt dulcem nidis immitibus escam.At liquidi fontes et stagna virentia muscoadsint et tenuis fugiens per gramina rivus,palmaque vestibulum aut ingens oleaster inumbret,ut, cum prima novi ducent examina regesvere suo ludetque favis emissa iuventus,vicina invitet decedere ripa calori,obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.In medium, seu stabit iners seu profluet umor,transversas salices et grandia conice saxa,pontibus ut crebris possint consistere et alaspendere ad aestivum solem, si forte morantessparserit aut praeceps Neptuno immerserit Eurus.Haec circum casiae virides et olentia lateserpylla et graviter spirantis copia thymbraefloreat

inriguumque bibant violaria fontem. Ipsa autem, seu corticibus tibi suta cavatis, seu lento fuerint alvaria vimine texta, angustos habeant aditus: nam frigore mellacogit hiems, eademque calor liquefacta remittit. Utraque vis apibus pariter metuenda; neque illaenequiquam in tectis certatim tenuia ceraspiramenta linunt fucoque et floribus oras explent collectumque haec ipsa ad munera glutenet visco et Phrygiae servant pice lentius Idae. Saepe etiam effossis, si vera est fama, latebris sub terra fovere larem, penitusque reperta epumicibusque cavis exesa eque arboris antro. Tu tamen et levi rimosa cubilia limo ungue fovens circum et raras superinice frondes. Neu propius tectis taxum sine, neve rubentes ure foco canculos, altae neu crede paludi, aut ubi odor caeni gravis aut ubi concava pulsus saxa sonant vocisque offensa resultat imago.

Quod superest, ubi pulsam hiemem sol aureus egit sub terras caelumque aestiva luce reclusit, illae continuo saltus silvasque peragrant purpureosque metunt flores et flumina libant summa leves. Hinc nescio qua dulcedine laetae progeniem nidosque foveant, hinc arte recentes excudunt ceras et mella tenacia fingunt. Hinc ubi iam emissum caveis ad sidera caelinare per aetatem liquidam suspexeris agmen obscuramque trahi vento mirabere nubem, contemplator: aquas dulces et frondea semper tecta petunt. Huc tu iussos adsperge saporibus, trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen, tinnitusque cie et Matris quate cymbala circum. ipsae consident medicatis sedibus, ipsae intima more suo sese in cunabula condent.

Sin autem ad pugnam exierint, nam saepe duobus regibus incessit magno discordia motu, continuoque animos vulgi et trepidantia bellocorda licet longe praesciscere; namque morantes Martius ille aeris rauci canor increpat et vox auditur fractos sonitus imitata tubarum; tum trepidae inter se coeunt pennisque coruscant spiculae exacuunt rostris aptantque

lacertoset circa regem atque ipsa ad praetoria
densaemiscentur magnisque vocant clamoribus hostem.Ergo
ubi ver nactae sudum camposque patentes,erumpunt portis;
concurritur, aethere in alto fit sonitus, magnum mixtae
glomerantur in orbem praecipitesque cadunt; non densior aere
grando,nec de concussa tantum pluit ilice glandis.ipsi per
medias acies insignibus alisingentes animos angusto in
pectore versant,usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut
hos aut hos versa fuga victor dare terga subegit.Hi motus
animorum atque haec certamina tantapulveris exigui iactu
compressa quiescent.Verum ubi ductores acie revocaveris
ambo,deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,dede neci;
melior vacua sine regnet in aula.Alter erit maculis auro
squalentibus ardens;nam duo sunt genera: hic melior, insignis
et ore et rutilis clarus squamis, ille horridus alter desidia
latamque trahens inglorius alvum.

Ut binae regum facies, ita corpora plebis.Namque aliae turpes
horrent, ceu pulvere ab altocum venit et sicco terram sputat
ore viator aridus; elucent aliae et fulgore coruscantardentes
auro et paribus lita corpora guttis.Haec potior suboles, hinc
caeli tempore certa dulcia mella premes, nec tantum dulcia,
quantum et liquida et durum Bacchi domitura saporem.

At cum incerta volant caeloque examina
ludunt contemnuntque favos et frigida tecta
relinquunt, instabiles animos ludo prohibebis inani.Nec
magnus prohibere labor: tu regibus alaceripe; non illis
quisquam cunctantibus altum ire iter aut castris audebit
vellere signa.Invitent croceis halantes floribus hortiet custos
furum atque avium cum falce saligna Hellespontiaci servet
tutela Priapi.Ipse thymum pinosque ferens de montibus
altis tecta serat late circum, cui talia curae; ipse labore manum
duro terat, ipse feraces figat humo plantas et amicos inriget
imbres.

Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum vela traham
et terris festinem advertere proram, forsitan et, pingues
hortos quae cura colendi ornaret, canerem, biferique rosaria
Paesti, quoque modo potis gauderent intiba riviset virides apio
riparum, tortusque per herbam cresceret in ventrem cucumis;
nec sera comantem narcisum aut flexi tacuissem vimen
acanthipallentesque hederas et amantes litora
myrtos. Namque sub Oebaliae memini me turribus arcis, quae
niger umectat flauentia culta Galaesus, Corycium vidisse
senem, cui pauca relictii iugera ruris erant, nec fertilis illa
iuuencis nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho. Hic
rarum tamen in dumis olus albaque circum lilia verbenasque
premens vescu[m]que papaver regum aequabat opes animis
sera[m]que revertens nocte domum dapibus mensas onerabat
inemptis. Primus vere rosam atque autumn[o] carpere poma, et
cum tristis hiems etiamnum frigore saxarum peret et glacie
cursus frenaret aquarum, ille comam mollis iam tondebat
hyacinthia estatem increpitans seram Zephyrosque
morantes. Ergo apibus fetis idem atque examine multo primus
abundare et spumantia cogere pressis mellis favis; illi tiliae
atque uberrima pinus, quotque in flore novo pomis se fertilis
arbor induerat, totidem autumn[o] matura tenebat. Ille etiam
seras in versum distulit ulmos eduramque pirum et spinos iam
pruna ferentes iamque ministrantem platanum potantibus
umbras. Verum haec ipse equidem spatiis exclusus
iniquis praetereo atque aliis post me memoranda relinquo.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse addidit,
expediam, pro qua mercede canoros Curetum sonitus
crepitantiaque aera secutae Dictaei caeli regem pavere sub
antro. Solae communes natos, consortia tecta urbis habent
magnisque agitant sub legibus aevum, et patriam solae et
certos novere penates, venturaeque hiemis memores aestate
laborem experiuntur et in medium quaesita reponunt. Namque
aliae victu invigilant et foedere pacto exercentur agris; pars

intra saepta domorum Narcissi lacrimam et lentum de cortice
gluten prima favis ponunt fundamina, deinde
tenaces suspendunt ceras: aliae spem gentis adultos educunt
fetus, aliae purissima mellastipant et liquido distendunt
nectare cellas. Sunt quibus ad portas cecidit custodia
sorti, inque vicem speculantur aquas et nubila caeli aut onera
accipiunt venientum aut agmine facto ignavum fucos pecus a
praesepebus arcent. Fervet opus, redolentque thymo
fragrantia mella. ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis cum
properant, alii taurinis follibus auras accipiunt redduntque,
alii stridentia tingunt aera lacu; gemit impositis incudibus
Aetna; illi inter sese magna vi brachia tollunt in numerum
versantque tenaci forcipe ferrum: non aliter, si parva licet
componere magnis, Cecropias innatus apes amor urget
habendi, munere quamque suo. Grandaevus oppida curae et
munire favos et daedala fingere tecta. At fessae multa referunt
se nocte minores, crura thymo plenae; pascuntur et arbute
passim et glaucas salices casiamque crocumque rubentem et
pinguem tiliam et ferrugineos hyacinthos. Omnibus una quies
operum, labor omnibus unus: mane ruunt portis; nusquam
mora; rursus easdem vesper ubi e pastu tandem decedere
campis admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant; fit
sonitus, mussantque oras et limina circum. Post, ubi iam
thalamis se composuere, siletur in noctem fessosque sopor
suus occupat artus. Nec vero a stabulis pluvia impendente
recedunt longius aut credunt caelo adventantibus Euris, sed
circum tutae sub moenibus urbis aquantur, excursusque
breves temptant et saepe lapillos, ut cumbae instabiles fluctu
iactante saburram tollunt, his sese per inania nubila
librant. Illum adeo placuisse apibus mirabere morem, quod
neque concubitu indulgent nec corpora segnes in Venerem
solvunt aut fetus nixibus edunt: verum ipsae e foliis natos, e
suavibus herbis ore legunt, ipsae regem parvosque
Quiritessufficiunt aulasque et cerea regna refigunt.* Saepe

etiam duris errando in cotibus alasattrivere ultroque animam sub fasce dedere:tantus amor florum et generandi gloria mellis.Ergo ipsas quamvis angusti terminus aeviexciat, neque enim plus septima ducitur aestas,at genus immortale manet multosque per annosstat fortuna domus et avi numerantur avorum.Praeterea regem non sic Aegyptus et ingensLydia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspesobservant. Rege incolumi mens omnibus una est;amisso rupere fidem constructaque melladiripuerunt ipsae et crates solvere favorum.Ille operum custos, illum admiruntur et omnescircumstant fremitu denso stipantque frequenteset saepe attollunt umeris et corpora belloobiectant pulchramque petunt per vulnera mortem.

His quidam signis atque haec exempla secutiesse apibus partem divinae mentis et haustusaetherios dixere; deum namque ire per omnesterrasque tractusque maris caelumque profundum.Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas;scilicet huc reddi deinde ac resoluta referriomnia nec morti esse locum, sed viva volaresideris in numerum atque alto succedere caelo.

Siquando sedem angustam servataque mellathesauris relines, prius haustu sparsus aquarumora fove fumosque manu praetende sequaces.Bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis,Taygete simul os terris ostendit honestumPleas et Oceani spretos pede reppulit amnes,aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquositristior hibernas caelo descendit in undas.Illis ira modum supra est, laesaeque venenummorsibus inspirant et spicula caeca relinquuntadfixae venis animasque in vulnere ponunt.Sin duram metues hiemem parcesque futurocontunsosque animos et res miserabere fractas,at suffire thymo cerasque recidere inanesquis dubitet? nam saepe favos ignotus adeditstellio et lucifugis congesta cubilia

blattisimmunisque sedens aliena ad pabula fucusaut asper
crabro imparibus se immiscuit armis,aut dirum tiniae genus,
aut invisa Minervaelaxos in foribus suspendit aranea
casses.Quo magis exhaustae fuerint, hoc acrius
omnesincumbent generis lapsi sarcire ruinascomplebuntque
foros et floribus horrea texent.

Si vero, quoniam casus apibus quoque nostros vita tulit, tristi
languebunt corpora morbo — -quod iam non dubiis poteris
cognoscere signis: continuo est aegris alius color, horrida
vultumdeformat macies, tum corpora luce carentumexportant
tectis et tristia funera ducunt;aut illae pedibus conexae ad
limina pendent,aut intus clausis cunctantur in aedibus,
omnesignavaeque fame et contracto frigore pigrae.Tum sonus
auditur gravior, tractimque susurrant,frigidus ut quondam
silvis immurmurat Auster,ut mare sollicitum stridit
refluentibus undis,aestuatur ut clausis rapidus fornacibus
ignis:hic iam galbaneos suadebo incendere odoresmellaque
harundineis inferre canalibus, ultrohortantem et fessas ad
pabula nota vocantem.Proderit et tunsum gallae admiscere
saporemArentesque rosas aut igni pingua multodefruta vel
psithia passos de vite racemosCecropiumque thymum et
grave olentia centaurea.Est etiam flos in pratis, cui nomen
amellofecere agricolae, facilis quaerentibus herba;namque
uno ingentem tollit de caespite silvam,aureus ipse, sed in
foliis, quae plurima circumfunduntur, violae subluet purpura
nigrae;[saepe deum nexis ornatae torquibus arae,]asper in
ore sapor; tonsis in vallibus illumpastores et curva legunt
prope flumina Mellae.Huius odorato radices incoque
Bacchopabulaque in foribus plenis adpone canistris.

Sed siquem proles subito defecerit omnis,nec genus unde
novae stirpis revocetur habebit,tempus et Arcadii memoranda
inventae magistripandere, quoque modo caesis iam saepe
iuvencisinsincerus apes tulerit cruor. Altius omnemexpediam

prima repetens ab origine famam.Nam qua Pellaei gens fortunata Canopiaccolit effuso stagnantem flumine Nilumet circum pictis vehitur sua rura phaselis,quaue pharetratae vicinia Persidis urget,[et viridem Aegyptum nigra fecundat harena,et diversa ruens septem discurrit in orasque coloratis amnis devexus ab Indis]omnis in hac certam regio iacit arte salutem.Exiguus primum atque ipsos contractus in ususeligitur locus; hunc angustique imbrice tectiparietibusque premunt artis et quattuor addunt,quattuor a ventis obliqua luce fenestras.Tum vitulus bima curvans iam cornua frontequaeritur; huic geminae nares et spiritus orismulta reluctanti obstruitur, plagisque peremptotunsa per integram solvuntur viscera pellem.Sic positum in clauso linquunt et ramea costissubiciunt fragmenta, thymum casiasque recentes.Hoc geritur Zephyris primum impellentibus undas,ante novis rubeant quam prata coloribus, antegarrula quam tignis nidum suspendat hirundo.Interea teneris tepefactus in ossibus umoraestuatur et visenda modis animalia miris,trunca pedum primo, mox et stridentia pennis,miscentur tenuemque magis magis aera carpunt,donec, ut aestivis effusus nubibus imber,erupere aut ut nervo pulsante sagittae,prima leves ineunt si quando proelia Parthi.

Quis deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem?Unde nova ingressus hominum experientia cepit?Pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe,amissis, ut fama, apibus morboque fameque,tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnismulta querens atque hac adfatus voce parentem: `Mater, Cyrene mater, quae gurgitis huiusima tenes, quid me praeclara stirpe deorum,si modo, quem perhibes, pater est Thymbraeus Apollo,invisum fatis genuisti? aut quo tibi nostripulsus amor? quid me caelum sperare iubebas?En etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem,quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollersomnia temptanti extuderat, te matre relinquo.Quin age

et ipsa manu felices erue silvas,fer stabulis inimicum ignem
atque interfice messes,ure sata et validam in vites molire
bipennem,tanta meae si te ceperunt taedia laudis.'At mater
sonitum thalamo sub fluminis altisensit. Eam circum Milesia
vellera Nymphaecarpebant hyali saturo fucata
colore,drymoque Xanthoque Ligeaque
Phyllodoceque,caesariem effusae nitidam per candida
colla,Nesaeae Spioque Thaliaque Cymodoceque,Cydippeque et
flava Lycorias, altera virgo,altera tum primos Lucinae experta
labores,Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambae,ambae
auro, pictis incinctae pellibus ambae,atque Ephyre atque Opis
et Asia Deiopeae tandem positae velox Arethusa sagittis.Inter
quas curam Clymene narrabat inanemVulcani Martisque
dolos et dulcia furta,aque Chao densos divum numerabat
amorescarmine quo captae dum fuis mollia pensadevolvunt,
iterum maternas impulit auresluctus Aristaei, vitreisque
sedilibus omnesobstipuerunt; sed ante alias Arethusa
sororesprospiciens summa flavum caput extulit undaet
procul: `O gemitu non frustra exterrita tanto,Cyrene soror,
ipse tibi, tua maxima cura,tristis Aristaeus Penei genitoris ad
undamstat lacrimans et te crudelem nomine dicit.'Huic
percussa nova mentem formidine mater,`duc, age, duc ad
nos; fas illi limina divumtangere,' ait. Simul alta iubet
discedere lateflumina, qua iuvenis gressus inferret. At
illumcurvata in montis faciem circumstetit undaaccepitque
sinu vasto misitque sub amnem.Iamque domum mirans
genetricis et umida regnaspeluncisque lacus clausos lucosque
sonantesibat et ingenti motu stupefactus aquarumomnia sub
magna labentia flumina terraspectabat diversa locis,
Phasimque Lycumqueet caput, unde altus primum se erumpit
Enipeusunde pater Tiberinus et unde Aniena
fluentasaxosusque sonans Hypanis Mysusque Caicus,et
gemina auratus taurino cornua vultuEridanus, quo non alius
per pingua cultain mare purpureum violentior effluit

amnis. Postquam est in thalami pendentia pumice
tectaperventum et nati fletus cognovit inanes Cyrene, manibus
liquidos dant ordine fontes germanae tonsisque ferunt
mantelia villis; pars epulis onerant mensas et plena
reponunt pocula, Panchaeis adolescent ignibus arae; et mater,
'Cape Maeonii carchesia Bacchi: Oceano libemus,' ait. Simul
ipsa precatur Oceanumque patrem rerum Nymphasque
sororescentum quae silvas, centum quae flumina servant. Ter
liquido ardentem perfundit nectare Vestam, ter flamma ad
summum tecti subiecta reluxit. Omine quo firmans animum sic
incipit ipsa:

'Est in Carphatio Neptuni gurgite vates caeruleus Proteus,
magnum qui piscibus aequoret iuncto bipedum curru metitur
equorum. Hic nunc Emathiae portus patriamque
revisit Pallenem, hunc et Nymphae veneramur et
ipse grandaeus Nereus; novit namque omnia vates, quae sint,
quae fuerint, quae mox ventura trahantur; quippe ita Neptuno
visum est, immania cuius armenta et turpes pascit sub gurgite
phocas. Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus, ut
omnem expediat morbi causam eventusque secundet. Nam sine
vi non ulla dabit praecepta, neque illumorando flectes; vim
duram et vincula captotende; doli circum haec demum
frangentur inanes. Ipsa ego, te, medios cum sol accenderit
aestus, cum sitiunt herbae et pecori iam gratior umbra est, in
secreta senis ducam, quo fessus ab undisse recipit, facile ut
somno adgrediare iacentem. Verum ubi correptum manibus
vinclisque tenebis, tum variae eludent species atque ora
ferarum. Fiet enim subito sus horridus atraque
tigris squamosusque draco et fulva cervice leaena, aut acrem
flammae sonitum dabit atque ita vinclis excidet, aut in aquas
tenuis dilapsus abibit. Sed quanto ille magis formas se vertet
in omnes, tanto, nate, magis contende tenacia vincla, donec
talis erit mutato corpore, qualem videris, incepto tegeret cum
lumina somno.

Haec ait et liquidum ambrosiae defundit odorem,quo totum nati corpus perduxit; at illidulcis compositis spiravit crinibus auraatque habilis membris venit vigor. Est specus ingensexesi latere in montis, quo plurima ventocogitur inque sinus scindit sese unda reductos,deprensus olim statio tutissima nautis;intus se vasti Proteus tegit obice saxi.Hic iuvenem in latebris aversum a lumine Nymphacollocat; ipsa procul nebulis obscura resistit.Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indosardebat, caelo et medium sol igneus orbemhauserat; arebant herbae et cava flumina siccisfaucibus ad limum radii tepefacta coquebant:cum Proteus consueta petens e fluctibus antraibat; eum vasti circum gens umida pontiexsultans rorem late dispergit amarum.Sternunt se somno diversae in litore phocae.Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,auditisque lupos acuunt balatibus agni,considit scopulo medius numerumque recenset.Cuius Aristaeo quoniam est oblata facultas,vix defessa senem passus componere membracum clamore ruit magno manicisque iacentemoccupat. Ille suae contra non immemor artisomnia transformat sese in miracula rerum,ignemque horribilemque feram fluviumque liquentem.Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victusin sese redit atque hominis tandem ore locutus:`Nam quis te, iuvenum confidentissime, nostrasiussit adire domos? Quidve hinc petis?' inquit. At ille:`Scis, Proteu, scis ipse; neque est te fallere quicquam sed tu desine velle. Deum praecepta secutivenimus hinc lapsis quaesitum oracula rebus.Tantum effatus. Ad haec vates vi denique multaardentes oculos intorsit lumine glaucoet graviter frendens sic fatis ora resolvit.

Non te nullius exercent numinis irae;magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheushaudquaquam ob meritum poenas, ni fata resistant,suscitat et rapta graviter pro coniuge saevit.Illa quidem, dum te fugeret per flumina

praeceps,immanem ante pedes hydrum moritura
puellaservantem ripas alta non vidit in herba.At chorus
aequalis Dryadum clamore supremosimplerunt montes;
flerunt Rhodopeiae arcesaltaque Pangaea et Rhesi mavortia
tellusatque Getae atque Hebrus et Actias Orithyia.Ipse cava
solans aegrum testudine amoremte, dulcis coniunx, te solo in
litore secum,te veniente die, te decedente canebat.Taenarias
etiam fauces, alta ostia Ditis,et caligantem nigra formidine
lucumingressus manesque adiit regemque
tremendumnesciaque humanis precibus mansuescere
corda.At cantu commotae Erebi de sedibus imisumbrae ibant
tenues simulacraque luce carentum,quam multa in foliis
avium se milia conduntvesper ubi aut hibernus agit de
montibus imber,matres atque viri defunctaque corpora
vitamagnanimum heroum, pueri innuptaeque
puellae,impositique rogis iuvenes ante ora parentum,quos
circum limus niger et deformis harundoCocyti tardaque palus
inamabilis undaalligat et noviens Styx interfusa coercet.Quin
ipsae stupuere domus atque intima Letitartara caeruleosque
implexae crinibus anguesEumenides, tenuitque inhians tria
Cerberus oraatque Ixionii vento rota constitit orbis.Iamque
pedem referens casus evaserat omnes;redditaque Eurydice
superas veniebat ad auras,pone sequens, namque hanc
dederat Proserpina legem,cum subita incautum dementia
cepit amantem,ignoscenda quidem, scirent si ignoscere
manes.Restitit Eurydicenque suam iam luce sub ipsaimmemor
heu! victusque animi respexit. Ibi omniseffusus labor atque
immitis rupta tyrannifoedera, terque fragor stagnis auditus
Avernis.Illa, Quis et me, inquit, miseram et te perdidit,
Orpheu,quis tantus furor? En iterum crudelia retroFata
vocant, conditque natantia lumina somnus.Iamque vale: feror
ingenti circumdata nocteinvalidasque tibi tendens, heu non
tua, palmas!dixit et ex oculis subito, ceu fumus in
aurascommixtus tenues, fugit diversa, neque

illum,prensantem nequiquam umbras et multa
volentemdicere, praeterea vidit, nec portitor Orciamplius
objectam passus transire paludem.Quid faceret? Quo se rapta
bis coniuge ferret?Quo fletu Manis, quae numina voce
moveret?Illa quidem Stygia nabat iam frigida cumba.Septem
illum totos perhibent ex ordine mensesrupe sub aeria deserti
ad Strymonis undamflesse sibi et gelidis haec evolvisse sub
antrismulcentem tigres et agentem carmine quercus;qualis
populea maerens philomela sub umbraamissos queritur fetus,
quos durus aratorobservans nido implumes detraxit; at illaflet
noctem ramoque sedens miserabile carmenintegrat et maestis
late loca questibus implet.Nulla Venus, non ulli animum
flexere hymenaei.Solus Hyperboreas glacies Tanaimque
nivalemarvaeque Rhipaeis numquam viduata pruinislustrabat
raptam Eurydicen atque inrita Ditisdona querens; spretae
Ciconum quo munere matresinter sacra deum nocturnique
orgia Bacchidiscerptum latos iuvenem sparsere per
agros.Tum quoque marmorea caput a cervice
revulsumgurgite cum medio portans Oeagrius
Hebrusvolveret, Eurydicen vox ipsa et frigida linguaah
miseram Eurydicen! anima fugiente vocabat:Eurydicen toto
referebant flumine ripae.

Haec Proteus, et se iactu dedit aequor in altum,quaque dedit,
spumantem undam sub vertice torsit.At non Cyrene; namque
ultro adfata timentem:

`Nate, licet tristes animo deponere curas.Haec omnis morbi
causa; hinc miserabile Nymphae,cum quibus illa choros lucis
agitabat in altis,exitium misere apibus. Tu munera
supplextende petens pacem et faciles venerare
Napaeas;namque dabunt veniam votis irasque remittent.Sed
modus orandi qui sit, prius ordine dicam.Quattuor eximios
praestanti corpore tauros,qui tibi nunc viridis depascunt
summa Lycae,delige et intacta totidem cervice

iuuencas.Quattuor his aras alta ad delubra dearumconstitue
et sacrum iugulis demitte cruorem,corporaque ipsa boum
frondoso desere luco.Post, ubi nona suos Aurora ostenderit
ortus,inferias Orphei Lethaea papavera mitteset nigram
mactabis ovem lucumque revises:placatam Eurydicen vitula
venerabere caesa.

Haud mora; continuo matris praecepta facessit;ad delubra
venit, monstratas excitat aras,quattuor eximios praestanti
corpore taurosducit et intacta totidem cervice iuencas.Post,
ubi nona suos Aurora induxerat ortus,inferias Orphei mittit
lucumque revisit.Hic vero subitum ac dictu mirabile
monstrumadspiciunt, liquefacta boum per viscera totostridere
apes utero et ruptis effervere costis,immensasque trahi
nubes, iamque arbore summaconfluere et lentis uvam
demittere ramis.

Haec super arborum cultu pecorumque canebamet super
arboribus, Caesar dum magnus ad altumfulminat Euphraten
bello victorque volentesper populos dat iura viamque adfectat
Olympo.Illo Vergilium me tempore dulcis alebatParthenope
studiis florentem ignobilis oti,carmina qui lusi pastorum
audaxque iuventa,Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.